



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs**

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

**Jansenius, Cornelius**

**Lovanii, 1640**

6. Studium virtutis retundi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13704**

*Vid.* Et infra: *Cur ergo sum sollicitus? Sit potius (ut humano more loquar) sollicitus ille, ut decreta ipsius impleantur. Addit & ratiocinationem: Vel sum de numero Electorum vel non sum &c. & concludit utrimque nullam sollicitudinem adhibendam esse. Consentit & in refricanda ista querimonia Ludovicus Molina in loco quem citavimus: ubi dicit, quod hac sententia occasionem præbet hominibus segras operandi.*

*Loco supra citato*

*Idem ipsum & Massiliensibus permolestum fuit. Nam ideo dicunt apud Prosperum, hoc propositum vocationis & lapsis curam resurgendi adinere, & sanctis occasionem teporis asserre: quod est ipsissimum istud, quod Molina dixit. Et causam addunt, quam jam supra dedimus, Eo quod utraque parte superius labor sit &c. Quoquo enim modo se egerint, non posse aliud erga eos, quam Deus desinit accedere. Nonne est illa ipsa Lessij ratiocinatio? Et uberius: Removeri itaque industriam, tollique virtutes, si Dei consuetio humana præveniat voluntates. Unde & Faustus dicit, in illa sententia illustres viros per quietem & insidiam coronari.*

*Prof. Epist. ad Aug.*

*Lib. 1. c. 11.*

NOTA VI.

Studium virtutis retundi.

**S**icut autem in animo sollicitudo, ita in opere conatus omnis ex ista electionis persuasione retundi videtur. Inculcant & istud incommodum in hac sententia recentiores aliquoties. Omne studium, inquit Lessius, bonorum operum elidetur. Et alibi: Nulla incerta excides; nulla diligentia inpræbit.

*Less. de præf. sect. 1. in præf.*

*In Epist. Prof. ad Aug.*

*Ibid.*

Et hoc ipsum ex Massiliensibus desumptum est, qui conquerebantur, quod si aliud habeat prædestinantis Electio, cassa sit amittentis intentio. Et in eadem Epistola dicunt, quod superflua erit industria & laboris indictio, cuius studium cessante Electione frustrandum sit.

NOTA VII.

Incitari homines ad licentiam ac dissolutionem vite.

**Q**uod si homines à studio laboris ac virtutis ista sententia retrahere eis videtur, non minus iuste se conqueri putant, quod ad licentiam ac dissolutionem vite potenter incitet: Qua de re ita Lessius: *Andivi multos doctissimos & optimos viros eam (sententiam de electione ante prævisa opera hominis) hoc nomine graviter accusare, quod metuerent sibi essentem vite licentiam, si eam inanimam demississent. Et ibidem, quod expensa ista sententia pareret scandalum & vite licentiam. Urget istud incommodum præse Gregorius de Valentia hoc syllogismo: Si prædestinatus sum quicquid hoc tempore faciam, certissime tandem salvabor. Consultum porro parit, igitur erit per se quibuscumque potero voluptatibus. Si autem non sum, similiter etiam quicquid iam faciam, certissime tandem condemnabor. Fruar igitur iam quibus potero voluptatibus &c.*

*Less. lib. de præf. sec. 2. ratione 10.*

*Ibid.*

*Disp. 1. g. 23. in 1. perie. parit. 4. in Coroll.*

Sed ista quoque querimonia ex illa ipsa Massiliensium officina prodijt, unde etiam

**A** Gregorius de Valentia & socij eius didicisse videntur. Commemorat enim ipse in eodem loco Monachum quendam simili argumentatione commotum ex Augustini Monasterio, teste ipso sancto Augustino, velut canem ad vomitum, ad sæculi voluptates esse conversum. Vbi memor esse debuisset, sanctum Augustinum ibidem adversus Massiliensium similem syllogismum prædestinationi à se tradita objectum acriter disputare: *Ista cum dicantur, inquit Augustinus, ita nos à consuetudine Dei vera gratia, & à consuetudine secundum eam prædestinatione sanctorum, deterere non debent: sicut non deterremur à consuetudine præscientia Dei, si quis de illa populo se loquatur, ut dicat: Sive nunc recte vivatis, sive non recte, tales vos eritis postea, quales vos Deus futuros esse præcavit, vel boni, si bonos, vel mali, si malos.*

*Lib. de dog. p. 1. c. 15.*

NOTA VIII.

Laudem detrahi operibus bonis.

**D**inde etiam illud in hac sententia prædestinationis istius moleste ferunt, quod omnis laus ab operibus bonis tolleretur, quæ tam omnipotenti Dei voluntate hominibus ex vi prædestinationis decreta sunt. De iustis dicent, inquit Lessius: *Quid mirum, si isti bona opera secerant, si perseveraverunt, si salvati sunt? Deus enim illos præ cæteris absolutè voluntate ad gloriam selegit: Deus omnia & singula eorum bona opera cum omnibus suis circumstantijs, & perseverantiam in gratia ante omnem prævisionem futurorum præcavit. Quid laudis habet talia bona facere, quæ spectato Dei decreto, impossibile erat omittere? Et alibi contendit per istam electionem & operum præhensionem derogari: *Laudis & glorie sanctorum, quæ in eo sita est, quod absolute potuerint transgredi, & omittere bona quæ fecerunt, & tamen non sunt transgressi, ut Ecclesiastici trigesimo primo dicitur. Parva enim videtur laus facere bona, quæ tantis decretis, & tanta providentia curâ sunt preparata & vallata, ut absolute omitti nequeant. Quæ querela ex ista radice nascitur, quasi libertas arbitrij ex Dei prædefinitione laederetur. Antiqua & raucida est etiam ista objectio.**

*Lib. de præf. sect. 2. n. 13.*

*Ibid. n. 17.*

**C** Quæ jam olim in Semi-Pelagianorum adversus prædestinationem luctantium solo nata tuit. Sic enim Faustus, quò nemo molestius ejus immobilitatem tulit: *Erga hominem nostrum non poterimus laudis conferre palmam, si voluntas necessitate servare naturam. Præmiserat enim paulo superius: Cui natura prima ista sit laudis occasio, ut peccare possit & nolit. Ex prædestinatione enim necessitatem nasci, & libertatis istius indifferentis interitum, eodem modo, ut recentiores, asstimat, & non semel docet, ut infra cum de gratia efficacis incommodis loquemur, ostendendum est.*

*Faust. lib. 4. cap. ult.*

NOTA